



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ  
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac  
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &  
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

**Venetiis, 1579**

De varia baptismi institutione. c. 2

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40307**

**Et eius efficacia, ac institutione.**

occidantur, secundum theologos. Et sicut de Pal. in 4. sen-  
puer in utero matris existens martyrizari potest. Et ita mu-  
lier pregnantis pro Christo interfecta vna cum prole est mar-  
tyr. **Tertius** est baptisimus fluminis: id est aque, de quo do-  
ctus Iesus Joan. 3. ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et  
Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. et ibidem.  
Venit Iesus in terram Iudeam et baptizabat. Qui quidem ba-  
ptisimus in fide Christi ab ecclesia suscipitur: et delet culpam et  
penam: et confert gratiam. De summa Trinitate. in Clement.  
Et iste conuenit magnis, id est adultis, et paruis. De conse. dist.  
1. cap. Per aquam. **Ex diebus Fabiani Pape.** Baptisimus  
Graece, Latini Tinctio interpretatur. Qui idcirco tinctio dicitur,  
quia ibi homo spiritu gratie in melius mutatur: et longe a-  
liud quod erat efficitur. Baptizatur in nomine patris, et filii, et spi-  
ritus sancti. Sicut in tribus personis stat omne uerbum: ita hoc  
sacramentum ternarius numerus diuinorum nominum. i. pa-  
tris, et filii, et spiritus sancti efficit. hec ille. **Sacerdos** igitur  
baptizaturus circa hoc sacrum septem considerare debet. uel.

Flumi-  
nis ba-  
ptisim.

**De varia Baptismi institutione. Ca. 2.**

Institutionem

Materiam

Formam

Ministrum

Personam baptizanda

Ritum baptizandi

Effectum baptisimi.

**Effectiue** quando Christus passus est in cruce: et de latere eius exiit sanguis et aqua. Joan. 19.

**Executiue**, quando Christus dixit discipulis: Euntes doce-  
te omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, et filii,  
et Spiritus sancti. Matth. 28.

**Effectiue** quando Christus passus est in cruce: et de latere eius exiit sanguis et aqua. Joan. 19.

**Executiue**, quando Christus dixit discipulis: Euntes doce-  
te omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, et filii,  
et Spiritus sancti. Matth. 28.

**Quod aqua naturalis et pura conuenientior est**

**Baptismi materia. Capi. 3.**

**Materia** sacri Baptisimi est aqua simplex elementalis et na-  
turalis. Que quidem est conuenientior omnibus alijs liquo-  
ribus. **Primo**, quia aqua habet vim refrigerandi et sanandi.

**Secundo**, quia est magis comis, et quasi ubique inuenitur. **Ter-**